

1537.

**N**os Consules Ciuitatis Cracoviæ. Significamus  
tenore p̄tini quibus expedit. Vniuersis. Quia ad  
nostram personaliter uenient residentiam Consu-  
larem Honestus Wolfgangus Fulder Ciuis Gedamen-  
petist ut bras quas a Spectabili Ciuitatis Posnaniæ. Se-  
nata de probatione & testimonio cornu Vnicorni  
attulerat reuideremus. & simul nostram censuram  
super ueritate & integritate eiusdem cornus exhibi-  
bere nō grauaremur Nos auditis litteris Ciuitatis  
Consulium Posnaniæ postulationi nominati Wolf-  
gangi benigne amueni delegimus viros prudentes  
& experientia rerum industrios Spectabiles & Ex-  
imios dominos Medicinæ Doctores scz. Petrum  
Wedelitium de Oborniky phisicum Regium. &  
Albertum Craina Consilij nostri confratres quibus  
ut negotiū istud de examinando cornu Vnicorni.  
diligenter exrenderent iniunximus. Qui quidem  
domini Doctores Egregio. D. Joanne de Raua me-  
dicæ artis Doctore & Francisco pharmocopola Rege-  
nalis Matris & alijs ueris fide dignis p̄tibus  
retulerent se iuxta formam & modum experimenti  
in lris dominoru Consulium Posnaniæ descripti  
in exquirenda probitate simul & certitudine  
cornus Vnicorni periculum fecisse. Nam acceptis  
duabus columbis singulis singulos scrupulos Arsenici  
modico cibo inditi deglutiendos & intra se trai-  
ciendos dederunt. Et quo uirtus ac efficacia cornus  
Vnicorni à Wolfgango exhibiti uerius cognosci  
posset alteri columborum arsenico pastorum duos for-  
pulos unicorni comedendos obicerunt. reliquo co-  
lumbo nihil Vnicorni præter unum scrupulum arse-  
nisi habente. Notatis itaq singulis columborum  
& certis signis distinetꝝ eosdem in certum locum  
clausis & firmamentis (ne quis subintrare  
posset) bene prouisum reposuerunt intra diem

naturalem, hoc est spatium uiginti quatuor horarum, illos studiose asseruan. Tandem exacto tempore predicto remotis seraculis & apperto hostio locis in quo gemini columbi detenti & fuerant bene & cuncte explorantes, repererant alterum illorum cui arsenici unus scripulus dumtaxat, absq; unicornio datus fuerat sordibus reliquis extinctus. Alterum uero columbarem cui duo scripuli Vnicorni porrecti fuerant uiuum inuenierunt tam si debilem ac vacillantem, id quod ei forsan ex tollerantia tam diuturna media accidit. Eadem itaq; ratione Domini Doctores usi explorandi certitudinem cornis Vnicormi, qua & Posnaniæ apud spectabiles Consules habita fuit de tali Vnicornio per oia similem inuenierunt, tocius rei pesta euentus. Quamobrem nos permotifide & authoritate & dignitate nominatorum Artis Medicæ Doctorum quos ad hoc negotiū excutiendū designaramus, & testimonio eorum quod in residentia nostra coram exhibuerunt fidem uerbis eorum habendam esse duximus & iam firmiter concedimus testimoniu[m] rei acte ita ut per dominos Medicinae Doctores narrata fuit id cornu quod tres S. Consulū Posnanien[um] primum appersum fuit & deinde mis etiam presentibus confirmatum esse. cuius nos experimentū fieri uoluimus, idq; ipsum esse quod apud Consules Posnanien[um] probatum fuit & nō aliud. In cuius rei fidem & testimoniu[m] trah̄ p[ro]tes sigillo nostro communiri uoluimus. Datum Cracovia feria quinta post festum B. Dorothae. Anno Salutis nostræ Millesimo Quingerentesimo Tricesimo septimo.

A subscripto. sed hic p̄m̄ capia per mi laurentii Nijetijkſcha.  
Bacra ap̄fita auctoritate publūm̄ notarium. Et comordat cū  
suo vero originali. d. verbo ad verbum. vi quo. Sac manu  
mea p̄pria do fidem.

Wij proos No. v. Gouw den 8me Junie